



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

65 Iuramenta illicita Papae auctoritate possunt irritari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ex defectu jurisdictionis, ut per d. glossi in *ele. unio*: Abb. in *d. ele. ut calumniis. numer. 11.* & Staphil. in *tract. de commiss. & lit. just. §. in primis. nu. 36. 37. & 38.* & Gig. de *pens. qu. ult. n. 20.*

60 Regulariter executio litterarum reservationis pensionum ꝑ committitur locorum ordinariis, vel aliis in dignitate ecclesiastica constitutis, & si pensionarius litteras reservationis pensionis præteraret alteri, quam in eisdem pro executoribus nominatis, cujuscunque qualitatibus, & conditionibus, ꝑ etiam si legati, vel Nuncij Apostolici forent, defectu jurisdictionis eorum sententiæ vitio nullitatis subjacerent, quia in prima instantia nullam habent jurisdi-

61 ꝑ nec vigore delegationis, quæ facta in unam personam, in aliam sine subdelegatione transferri non potest.

62 Secundo, potest opponi ꝑ exceptio grandinis, sterilitatis, & siccitatis, quæ de causa, si aliquo anno quis non percipit fructus, ad solutionem pensionis non tenetur, ut post alios, quos citat, tenet Felyn. in *c. ad audientiam. 2. num. 7. de rescript.* quæ exceptio militabit in pensionibus impositis sine clausulis exemptionum, sed, si in reservatione apponatur clausula, quod sit immunitas, libera, & exempta ab omni subsidio, tam ordinario, quam extraordinario, decima Papali, & quod solvi debeat quocunque casu fortuito non obstante, etiam grandinis, siccitatis, sterilitatis, depopulationis agrorum, incursum hostium, & cum similibus, & amplioribus clausulis de stylo Romanæ curiæ apponi solitis, sub obligatione camerale, cum derogatione regulæ de præstando consensu, tunc pensio semper

integra persolvi debet, quia cum à communiter accidentibus, præcedentibus, & sequentibus annis uberes fructus percipiuntur, sterilitas cum ubertate compensatur, *l. licet. C. locat. cap. propter sterilitatem. eod. tit.* & Rot. in *noviss. par. 1. decis. 757. num. 3.*

Ideo non possunt ecclesiarum beneficiati allegare sterilitatem temporis, nec incursum hostium, ut per glossi *fin. in cap. vobis enim. 12. quest. 2.* Felyn. in *d. cap. ad audientiam. num. 7. vers. pro quo.* & Gig. de *pens. qu. 62. nu. 7.* & contra obligationem cameralem dicta exceptio non admittitur, sed, si instrumentum est liquidum, possunt opponi tantum tres exceptiones, ꝑ videlicet, falsitatis, quietationis, & solutionis, de quibus per Bart. in *l. 1. §. parvi refert nu. 3. ff. quod vi, aut clam.* Cassad. *decis. unio. de mut. petit. nu. 2.* & interminis Galef. in *tract. ad form. camerale obligat. ad 4. part. claus. qu. 1. numer. 2.*

63 Dantur tamen casus, quibus, ꝑ licet regulariter dicta exceptio non admittatur, in Signatura gratiæ Papa ex causa admittit exceptiones, quia illa obligatio adeo fortiter ligat propter vinculum juramenti, quo renunciatur etiam beneficio absolutionis, sub pœna perjurij, sed quia juramentum, quo quis ligatur, persolvere pensionem excessivam, aut alias invalide positam, est vinculum iniquitatis, Papæ auctoritate omnia juramenta illicita possunt irritari, & auctoritatem, *1. §. qu. 6.* & etiam à juramento licito absolvi potest, *cap. alius. & cap. nos. ead. qu. 6.*

64 Tertio exceptio ꝑ compensationis opponi potest, quæ habet vim solutionis, *l. si debitor. circa fin. ff. qui pot. in pig. habean.* Bart. in *l. amplius non peti numer. 8. ff. item*